



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ignatii Loiolae Vita

Maffei, Giovanni Pietro

Antverpiae, 1605

Confirmatur à Iulio III. Societas. Cap. XIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11486

deposito Gandiensi Ducatu, magna hominum admiratione Societati se addixerat. Quamquam in Æthiopie legatione, qua postmodum Lusitaniae Regis, rogatu à iuvmo Pontifice nostris injuncta est, cùm ad eam functionem ecclesiastica dignitatis insignia & honorum rituli necessariò quererentur, imperanti propestate Vicario Dei resisti non potuit. præsertim cùm permitterum estimatores argutè conjicerent, nouam hæc manum non ad opes & copias, verum ad labores & apertar vita pericula definari.

CONFIRMATVR A IULIO III.

Si O. C. I. E. T. A. S.

C. A. P. V. T. X. I. X.

Post hæc, Paulus III. Pontifex maximus, senio curse confectus, è vita migravit, comitiaque novo creando pontifici in magna studiorum ac voluntatū varietate in aliquo menses extracta sunt. Quo ipso tempore cùm Vrbis, ut idcirco interregno, annonæ difficultate vehementissime horret, nostrisque numero in dies auctis, extrema fames adesse videntur; Ignatius cùm aliorum cum præcipue sacri Collegii Cardinalium eximiā in se suosque benignitatem expeditus est, quippe in summis occupationibus Patres augustos pia nostrorum hominum recordatio subiicit: cōmuniqüe consilia ad eorum in plam subleuandam non leuis pecunia summa ex ipso Conclavi transmissa est: enixè in primis fauente atque adjuvante Rodolpho Pio Carpensi, quem Ignatius iam ante sibi sociisque patrum ac protectorem, vt appellant, è summi Pontificis auctoritate delegerat. Ac rebus diu multaque agitatis, Pontifici denique declaratur Iulius, eo nomine tertius, qui quid in Synodo Tridentina Legatus Fabritum, Lanem, & Salmeronē Theologos Apostolicos familiariter nouerat, multaque tum ex iure ex aliis de Societatis instituto didicerat; Ignatio supplicanti multa in Societatis incrementum ac rem admodum liberaliter tribuit; nec enim solum prioris Pontificis de ordine nostris judicia & acta firma rataque voluit esse; verum etiam eundem ordinem nouis insuper ipse testimoniis atque decretis ornauit. Cuius rei publica diplomata exstant verbis amplissimis.

MAGI